

Forfatter: Lyschander, C. C.

Titel: EPITHALAMIUM

Citation: Lyschander, C. C.: "EPITHALAMIUM", i Lyschander, C. C.: *C. C. Lyschander's digtning 1579-1623*, 1989, s. 12. Onlineudgave fra Arkiv for Dansk Litteratur: <https://tekster.kb.dk/catalog/adl-texts-lyschander-shoot-workid55277/facsimile.pdf> (tilgået 04. maj 2024)

Anvendt udgave: C. C. Lyschander's digtning 1579-1623

EPITHALAMIUM

Epithalamium [A-1]  
 in honorem aptiarvm viri celeberrimi,  
 antiqva generis Nobilitate et singulari Prudentia præstantissimi,  
 D. Johannis Kravse, Domini de Egholm, matrimonium contrahentis  
 cum generosissima et pudicissima virgine Christina Holek,  
 filia viri excellentissimi Dn: Johannis Holek, D: de Barreskov.  
 Scriptum a Claudio Christophori Lyschandro.

EPITHALAMIUM. [A-1]

Fama volat Danicæ, diversa per oppida gentis, [t]  
 Sacra Choagenses ducere festa viros.  
 Et boreis illuc concurrere plurima terris  
 Agmina, solennes, exhibitura dies.  
 Causa nec ambigua est, quia te generose sequuntur 5  
 HANNO CRAUSENICÆ stirps generosa domus:  
 Ista luce tibi, sponsalia sacra parantur,  
 Intrat et in thalamos, virgo pudica tuos.  
 Turba subit procerum, Germanici cum milite regni,  
 Et flos arctosæ, nobilitatis adest. 10  
 Itur in antiquas, sacris concentibus, ædes.  
 Et pia soluuntur vota, repente Deo:  
 Acclamat populus, vivant sine fine beati,  
 Sponsus, et egregio sponsa decore nitens.  
 Hæc dum multisono, celebrantur in vrbe, tumultu 15  
 Perstrepit, et cunctas fama diserta vias:  
 Nec me contineo, quin sponte precantibus adsim,  
 Et pars sim turba parua volentis idem,  
 Cedat vt auspitiis iam lux hodierna beatis,  
 Atque sit, vt foelix ista futura dies. 20  
 Sed licet ô heros, nec te satis inclyte noui  
 Nec mea (quod credam) nomina forsan habes:  
 Id tamen efficiam, nec me debere negabo, [A-1v]  
 Hoc studium Pietas, obligat ista sibi.  
 Fama per has terras, tua me generosa movebat, 25  
 Et generis virtus, nobilitasque tui.

## BRYLLUPSDIGT

### Bryllupsdigt

til ære for den højt berømmede og ved sin slægts gamle adel  
og sin enestående klogskab højest fortrinlige hr.  
Hans Krafse, herre til Egholm, som indgår ægteskab med den  
højfornemme og ærbare jomfru Kirsten Holck, datter af  
den meget fremragende hr. Hans Holck, herre til Barriuskov.  
Skrevet af Claus Christoffersen Lyschander.

### Bryllupsdigt

Rygter iler gennem det danske folks forskellige byer, at mænd fra  
Køge holder hellig fest, og at adskillige skarer fra de nordiske lande  
sammles dér, for at holde højtidsløse. Og der er ingen tvivl om  
årsagen, for de følger dig, ædle Hans, huset Krafses ædle ætling:  
denne dag forberedes det hellige bryllup for dig, og en ærbar jom-  
fru træder ind i dit kammer. En skare af fornemme træder til,  
sammen med riddere fra det svenske rige, og blomsten af den  
nordiske adel er tilstede. Man går under hellig musik ind i den  
gamle kirke, og de fromme løfter afgives øjeblikkeligt for Gud.  
Menigheden jubler: lad dem uophørligt leve lykkeligt, brudgom-  
men og bruden som stråler i enestående skønhed. Mens det fejres  
i byen under megen larm og kommers og det veltalende rygte  
støgende går gennem alle gader, holder heller ikke jeg mig tilbage  
fra af egen drift at være sammen med de lykønskende og at være en  
lille del af den skare, som har et samme ønske: at dagen i dag må  
forløbe under lykkelige varsler, og at denne dag må vise sig lykke-  
lig. Men selv om, O min helt, jeg ikke kender dig, du navnkundige,  
særlig godt, og du (som jeg tror) måske ikke kender mine navne, vil  
jeg alligevel gøre det, og jeg vil ikke nægte, at jeg skylder at gøre  
det; Fromheden gør krav på denne deltagelse. Dit ædle ry i disse  
lande bevægede mig, samt din slægts dyd og adel. Det var nemlig